



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lv dovici || De Ponte Vallis-|| Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-|| libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1625

Copia Privilegii Societatis Iesv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39637

PRÆPOSITI PROVINCIALIS
FACULTAS.

GASPAR DE VEGAS, *Provincia Castellana Societ. IESV Præpositus Provincialis, ex particulari admodum R. P. CLAVDII AQUAVIVA Præpositi nostri Generalis commissione mihi concessa, facultatē concedo ut liber DE PERFECTIO NE HOMINIS CHRISTIANI in quolibet vita genere, argumento sumpto ex sacra RYTH historia, a P. Ludouico de Ponte compositus, & gratium Theologorum eiusdem Societatis iudicio examinatus & approbatus, typis euulgetur. In cuius rei fidem has literas manu nostra subscriptas, Sigilloq; officii nostri munitas dedimus. Vallis-Oleti, die 24. Martii, Anni 1611.*

GASPARVS DE VEGAS Prouincialis.

APPROBATIO.

Ex mandato Serenit. Vestræ perlegi Librum Patris Ludouici de Ponte è Societate IESV, de PERFECTIO NE CHRISTIANI in omnibus eius Statibus, & vitæ generibus: quem iudico continere doctrinam tum valdè sanam, tum valdè piam; omnibusq; hominum Statibus vtilissimam: neque quicquam in eo reperi, quod Sanctitatem, ac Pietatem non redoleat. Quare existimo, Vestram Serenit. meritò facultatem daturam, ut in lucem edatur. Datum apud S. P hilippum Madridij, die 18. Maij, Anni 1611.

MAGISTER CHRISTOPHORVS de Fonseca.

COPIA PRIVILEGII SOCIETATIS IESV.

CVM ex mandato Sacrae Caesar. Maiestatis, omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, ac aliis quamcumque librariam negotiationē exercētibus, serio firmiterq; inhibeat, ne quisquā libros ullos à Societate Nostra Patribus hactenus editos aut in posterū edendos intra S. Rom. Imperii Regnorum & Dominiorum sue Caf. Maiest. hereditariorum fines, simili, alioue caractere aut forma, siue in toto, siue in parte recudere, vel aliò recudendos mittere, aut alibi etiam impressos adducere, vendere, & distrahere clam seu palam citra supradictorum Patrum consensum ac testimonium audeat, vel presumat: Ego HENRICVS SCHERENVS Societ. IESV per Rheni Prouinciam Prouincialis: concedo IO ANNI KINCKIO facultatem excudendi Tomos quatuor R. P. Ludouici de Ponte Vallis. Oletani è Societate IESV Theologi, DE CHRISTIANI HOMINIS PERFECTIO NE IN Q VOLIBET EIVS VI TÆ GENERE à R. P. Melchiore Treuinnio latine conuersos. In quorum fidem hoc ei testimonium manu nostra subscriptum, & Sigillo nostro munitum dare volumus. Colon. 21. Februarii, Anno 1615.

HENRICVS SCHERENVS.

INDEX